



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio octaua.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

peccati labe resolutos: et quada-
 dam lepre contagione perfu-
 sos castigatiōibus exhortati
 onibus expiando deo in se ope-
 rante mūdauit. Quatorum
 animas uiuentes in corpore
 iam defunctas et delictorum mo-
 le obrutas ac sepultas ad emē-
 dationē tanq̄ ad lucem vocā-
 te deo resuscitauit: ut dñs sui
 admirandus imitator tā mor-
 tuos deo econtrario mortifi-
 cet vitali morte peccato. **R.**
Iste est qui ante deum mag-
nas virtutes operatus est: et
omnis terra doctrina eius re-
pleta est. Ipse intercedat pro
peccatis omnium populorum.
V. Iste est qui contempsit vi-
 taz mūdi et puenit ad celestia
 regna. **Inc. iij. noctur. añ.**
 Dñe iste sanctus habitabit in
 tabernaculo tuo opatus ē iu-
 sticiā requiescet in mōte sācto
 tuo. **ps.** Dñe quis habi. **Añ.**
 Vitam petijt a te tribuisti ei
 dñe gloriā et magnū decorē
 imposuisti super eū: posuisti in
 capite eius coronam de lapi-
 de preciosō. **ps.** Dñe in virtu-
 te. **añ.** Hic accipiet benedicti-
 onē a dño et misericōdīam a dō sa-
 lutari suo qz hec est generatio
 querentium dominū. **psalm.**
 Dñi est terra. **V.** Amāuit eū
 dominus. **Scdm Lucam.**

In illo tēpore Dixit ih̄s
 discipulis suis. Sint lū-

bi vestri precincti: et lucerne ar-
 dentes in manibz vestris. Et
 reliqua **Sermō beati grego.**
Sancti euangeliij fratres cha-
 rissimī apte est nobis lectio re-
 citata: sed ne aliquibz ipa ei⁹
 planicies alta forrasse videat̄
 sub breuitate eā transcūrim⁹
 quatin⁹ eius expositio ita ne-
 scientibz fiat cognita ut tamē
 scientibus nō sit onerosa. **Qz**
 vtrīs luxuria in lūbis sit femi-
 nis in ymbilico testatur dñs
 qui de diabolo ad beatū iob
 loquitur dicens: Virtus ei⁹
 in lumbis eius et fortitudo il-
 lius in ymbilico ventris ei⁹.
R. Iste homo ab adolescen-
 tia sua partiz meruit infirmos
 curare. Dedit illi dñs clarita-
 tem magnam cecos illumina-
 re et demones effugare. **V.** Ec-
 ce homo sine querela ver⁹ dei
 cultor abstinentis se ab omī o-
 pere malo et pmanens in inno-
 centia sua. **Lectio octaua.**
Pincipali igitur serū lūbo-
 rum nomie luxuria designat̄
 cum dominus dicit Sint lū-
 bi vestri precincti. Lumbos
 enim precingimus cum car-
 nis luxuriā per continentia
 coartamus. Sed quia min⁹
 est mala non agere nisi etiam
 quisqz studeat et bonis operi-
 bus insudare protinus ad-
 ditur. Et lucerne ardentes in
 manibus vestris. Lucernas



quippe ardentes in manibus
tenem? cū per bona opera pri
mis nostris lucis exempla mō
stramus. De quibus profes
cto operibus dñs dicit: Luce
at lux vestra coram hominibz
vt videant operam vestra bona
z glorificent patrem vestrum
qui in celis est. **R.** Iste homo
perfecit omnia que locutus ē
ei deus et dixit ad eū: Ingre
dere in requiem meam: quia
te vidi iustū coram me ex omi
bus gentibus. **P.** Iustum de
duxit dñs per vias rectas et
ostendit illi regnum dei. In .
Uo autem sunt **Lectio. it.**
que iubent et lumbos restrin
gere et lucernas tenere: vt et
mundicia sit castitatis i cor
pore et lumen veritatis i ope
ratione. Redemptori etenim
nostro vnum sine altero neq
q̄ placere potest si aut is qui
bōa agit adhuc luxurie inqui
namenta non deserit: aut is q̄
castitate preeminet: nec dum
se per bona opera exercet. nec
castitas ergo magna est sine
bono opere: nec bonum opus
est aliquid sine castitate. **R.**
Amavit eum dominus z or
navit eum stola glorie induit
eum. Et ad portas paradisi
coronavit eum. **P.** Induit eū
dñs lorica fidei z armavit eū
Et ad portas. **Ul' illud R.**
Sint lumbi vestri precincti z

lucerne ardentes in manibus
vestris. Et vos similes homi
nibus expectantibus domi
num suum quando reuertat a
nuptiis. **P.** Vigilate ergo q̄
nescitis qua hora dominus ve
ster venturus sit. Et vos sim.
Te deum dicitur. **P.** Ora p
nobis. **Si fuerint plures. P.**
Iuravit dominus. **Ad laud**
an. Ecce sacerdos magnus q̄
in diebus suis placuit deo et
inuērus est iustus. **psal.** Do
minus regnavit cum ceteris.
an. Non est inuentus similis
illi qui conseruaret legem ex
celsi. **An.** Ideo iureiurando
fecit illum dominus crescere
in plebem suam. **An.** Bene
dictionem omnium gentium
dedit illi: et testamentum su
um confirmavit super caput
eius. **An.** Statuit illi testa
mentum sempiternum z dedit
illi sacerdotium magnum.
Hymnus. Jesu redemptor.
Capl. et collec. vt in vesperis
P. Iustum deduxit dominus
per vias rectas. **Super Be**
nedictus an. Amavit eū do
minus et ornavit eū stola glo
rie induit eū. z ad portas pa
radisi coronavit eum. **Nulla**
suffragia. Ad primam de tē
pore. Ad tertiā an. Non est in
uentus similis illi qui conser
uaret legem excelsi. **R.** Ecce
sacerdos magnus qui in die